monte ueſuuio.alluente uero ſarno amne ager nucerinus eſt &.ix.M.paſſibꝰ a mari ipſa nuceria. Sur
rentum cum promontorio Mineruæ ſirenũ quondã ſede nauigatione a circeis duo de.lxxx.M.p. pa
tet.Regio ea a tyberi prima italiæ ſeruatur ex deſcriptione Auguſti.Intus coloniæ capua a. xi. campo
dicta aquinũ:ſueſſa.uenafrũ:ſora:theanum:ſidicinum cognomine nola.Oppida abelinũ: aritia: alba
longa:acerani:alliſani:atinates:alterinates:anagnini:atellani. Aeſulãi arpinates: auxiniates: auxellani
alfaterni.Et qui ex agro latino.Item hernico.Item labicano cognominati.Bouellæ:calatiæ: caſinum:
calenum:capirulum cernetum:cernetani qui mariani cognominãtur.Corani a Dardano troiano orti
Cubulterini:caſtrimonienſes cingulani.Fabienſes.in monte albano foropulienſes.Ex falerno fruſina
tes:ferentinates:freginates:frabaterni ueteres:frabaterni noui:ficolenſes:fregellani:foroappi:forẽtani
gabini:interannates:ſuccaſani qui & lirinates uocantur.illionenſes:lauinii:norbani:nomentani:præ
neſtini urbe quondam ſtephane dicta.Priuernates:ſetini:ſignini:ſueſſulani:telini:trebulani cognomi
ne balimenſes.Trebani:thuſculani:uerulani:ueliterni:ulubrenſes:uluarnates ſuperq; roma ipſa:cuius
nomen alterum dicere arcanis ceremoniarum nefas habetur:optimaq; & ſalutari fide abolitum annũ
tiauit Valerius Solanus.luitq; mox pœnas.Nõ alienum uidetur inſerere hoc loco exemplum religio
nis antiquæ ob hoc maxime ſilentiũ inſtitutæ. Namq; Diua Angerona cui ſacrificatur ad diẽ.xii.cha
lendas ianuarii ore obligato obſignatoq; ſimulacrum habet. Vrbem tris portas habentem Romulus
reliquit:aut ut plurimis tradentibus credamus quattuor. Mœnia eius collegere ambitu imperatoribꝰ
cenoribuſq; Veſpaſianis anno conditæ.d.cccxxviii.Mil.paſ.xiii.M.cc.Complexa montes.vii.ipſa di-
uiditur in regiones.xiiii.Compita earum.cclxv.paſ.eiuſdem ſpatii menſura currente a miliario in ca-
pite romani fori ſtatuto ad ſingulas portas:quæ ſunt hodie numero.xxxiiii.ita ut.xii.portæ ſemel nu
merentur:prætereanturq; ex ueteribus.vii.quæ eſſe deſierunt.Efficit paſſuum per directum.xxx. m.d.
.v.lxii. Ad extrema uero tectorum cum caſtris prætorriis ab eodem miliario per uicos omnium uia-
rum menſura colligit paulo amplius lxx.mil.paſſuum.Quod ſi quis altitudinem tectorum addat:di
gnam profecto æſtimationem concipiat:fateaturq; nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſ
ſe ei comparari Clauditur ab oriente aggere Tarquini Superbi inter prima opere mirabili.Namq; eũ
muris æquauit:qua maxime patebat aditu plano.Cætero mũita erat præcelſis muris:aut abruptis mõ
tibus:niſi ꝙ expatientia tecta multas addidere urbes in prima regione.Præterea fuere in latio clara op
pida:ſatricum:pometia:ſcaptia:pitulum:politorium:tellene:tifata:cecin ficulnea:cruſtumerium:a me-
ridia:medullia:coruiculum:ſaturnia ubi nunc Roma eſt. Antipolis quod nunc ianiculum in partæ ro
mæ:antenna:camerium:collatia:amiternum:norbe:ſulmo:& cum his carnem in monte albano ſoliti
accipere populi albenſes. Albani. Aeſolani:accienſes:abolani:bubetani:bolani:cuſuetani:coriolani:fi
denates:foretii:hortenſes:latinienſes:longultai:manates:macrales:mutucinenſes:olliculani:octulani
pedani.polluſtini:querquetulani:ſiccani: ſiſolenſes : tolerienſes:tutienſes : uimiteraliuelienſes.uene-
tulani: uicellenſes. ita ex antiquo latio.liii.populi interire ſine ueſtigiis.in campano autem a agro ſta
bie oppidum fuit uſq; ad Cn.Pompeium.&.L.Carbonem conſ.a pridie chalend.maii:quo die Sylla
legatus bello ſociali id deleuit: quod nunc in uillas abiit.intercidit ibi & taurania.Sunt & morientis
ſcalini reliquiæ.Præterea auctor eſt Antias oppidum latinorum apiolas captum a.L.Tarquino rege:
ex cuius præda capitolium is in fine incohauerit. A ſurrentino ad ſilarum amnem.xxx.M.paſſus ager
picentinus fuit.thuſcorum templo iunonis argiuæ ab iaſone condito inſignis. intus oppidum ſaler
ni: picentia. A ſilaro regio tertia & ager lucanus brutiuſq; incipit. nec ibi rara incolarum mutatio.
Tenuerunt eum pelaſgi: œnotrii: itali: morgetes ſiculi græciæ maxime populi nouiſſime lucani a
ſãnitibus orti duce Lutio. Oppida peſtum a græcis poſidonia appellatum ſinus peſtanus oppidum
elea quæ nunc uelia. Promontorium palinarum a quo ſinu recedente traiectus ad coloniam regi-
am.c. Mil.paſſus. Proximum autem huic flumen melphes. Oppidum buxentum græciæ pyxus ma-
gnæ nunc lucaniæ. Saus amnis fuit & oppidum eodem nomine. Ab eo brutium littus oppidum
blanda flumen baletum portus parthenius & phocentium ſiuus uibonenſis locus clampetiæ.Op
pidum tempſa a græcis temeſe dictum.& crotonienſium terina ſinuſq; ingens terinus. Oppidum
coſentia intus in peniſula fluuius acheron a quo oppidani acherontini. Hippo quod nuuc uibo
nem ualentiam appellamus. Portus Herculis Metaurus amnis. Tarentum oppidum portus Hor
reſtis & medma. Oppidum ſcylleum cratis fluuius pater (ut dixere) ſcyllæ. Dein columna regia.
Siculum fretum ac duo aduerſa promontoria ex italia cenys. Ex ſicilia pelorum. xii. ſtadiorum
interuallo. Vnde rhegium.xii. paſſuumm. inde appennini ſilua. Promontorium leucopetra. xii.
mil. paſſibus. Ab ea locri cognominati. a promontorio zephyro abſunt a ſilaro. ccc. iii. mil. Et
includitur europæ ſinus primus in eoq; maria nuncupant. Vnde irrumpit atlanticum ab aliis
magnum qua intrat porthmos a græcis a nobis gaditanum fretum cum intrauit. Hiſpa-
num quatenus hiſpanias abluit. Ab aliis ibericum aut balearicum. Mox gallicum ante nar-
bonenſem prouinciam. hinc liguſticum. Ab eo ad ſiciliam inſulam thuſcum quod ex græcis